

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ambicio a  
cum fonte primo

Noluit Christus regnum  
terrenum cum superbia  
que cathedra pestilencie ideo  
recte dicitur quia non fere quisquam  
est qui careat amore dominandi  
et humanam non appetat gloriam.

Augustinus super Psalmos.

Noluit regnum  
terrenum cum superbia;  
quae ideo cathedra pestilentiae  
recte intellegitur, quia non fere quisquam  
est qui careat amore dominandi  
et humanam non appetat gloriam.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes  
in Psalmos*, 1.1 (CCSL 38, E. Dekkers &  
J. Fraipont eds., p.1, ll.9-12).